

quā vocat phylargiriā. i. amorē pecuniæ: vel q̄a hoc vitiū sem p̄ fuit, & est familiare Iudeis. Porro auaritia locū habet vel in fraudibus, q̄ cōmittuntur in cōtra. tibus alioqui licitis; vel in cōtra. tibus genere suo illicitis; vel in muneribus. De primo genere dicit, Qui iurat p̄ proximo suo, & nō decipit. De secūdo dicit, Qui pecuniā suā nō dedit ad vsurā. De tertio dicit, Et munera super innocentē. i. ad opprimēdū innocentē, nō accepit. Ex Hebr̄o S. Hiero. vertit, q̄ iurat, vt se affligat, p̄ eo q̄ nox habem⁹, q̄ iurat proximo suo; sed vox Hebr̄ea potest legi, leharah, & significat ad faciēdū malū, nimirū sibi, hoc est ad se affligēdū, & sic legit S. Hier. potest etiam legi, lehareah, & significat, proximo, & sic legerūt Septuaginta, à quorū versione Latina editio vulgata p̄fecta est, & certē magis coh̄eret cū superiorib⁹ verbis nostra lectio, quā S. Hiero. Ex hoc versiculo apertē colligitur errare Iudæos, qui vsuram licitam esse existimant.

להרע
להרע

bilē, dignū, qui nunquā aboleatur. Argumentum Psalmi est oratio Christi ad Patrē: & eadē accommodari potest mēbris Christi tū vniuersis, tū singulis. De Christo enim, & non de Dauide intelligendos esse quatuor versus postremos, ac p̄sertim illa verba, Non dabis sanctum tuum videre corruptionē, docet Apostol. Petrus Act. 2. & Paulus Act. 13. & quia totus Psalmus, est oratio quadam continuata, non possunt intelligi quatuor vltimi versus de Christo, quin totus Psalmus de Christo intelligatur.

EXPLICAT. PSALM. XV.

Conserua me Domine, quoniam speraui in te; Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum nō eges.

In Hebr̄o, vt nūc legitur, habetur, Dixisti: sed nō est dubium, debere legi, amarti, non amarth: nā nō solū Septuaginta verterunt dixi, sed etiā S. Hier. si tamē vtraq; lectio defendi debeat. Illud dixisti, referēdū erit ad animā q̄a amarth est secunda persona generis femini, & sens⁹ erit, Dixisti o anima mea, & idē est, dixi ego, vel dixisti anima mea. Ait igitur Christus, & potest dicere quilibet Christian⁹, Conserua me Domine. i. custodi, ac protege me ab imminēte tribulatione, quoniā speraui in te solo, nō in vlla re creata. Quod aut in te solo sperauerim, & sperem, ex eo cognosci potest, Quoniā dixi Domino. i. cōfessus sū tibi Domino, ac dixi ex corde, De⁹ me⁹ es tu. i. supremus Dominus meus es tu, vt clarius habet textus Hebraicus, & Gr̄cus; nam Latinus posuit, Deus meus, pro, Dominus me⁹, vt variaret sermonē; quoniā bonorū meorum nō eges, sed ego bonis tuis indigeo. i. tu nulla ratione à me dependes; sed ego à te in omnibus pendeo; idē tu solus verus, & summus Dominus meus es: & quia ego hoc cognosco, & confiteor: idē in te solo spero, & cōfido. Hęc verba Propheta scripsit in persona Christi pro eo tēpore, quo Christus non solū homo erat, sed etiā passiōi, & morti obnoxius. Quāuis. n. in Christo homine, & passibili, nō fuerit spes, quę est virtus Theologica, & respicit beatitudinē animæ, vt S. Tho. docet 3. par. q. 7. art. 4. fuit tamē spes, vt significat fiduciā, & expectationē gloriæ corporis, & aliorū, quæ nō dum habebat; & de hac spe loquitur Dauid in Psal.

אמרת
אמרת

VII. Qui facit hæc nō mouebitur in æternū.

Respōdet quęstioni in primo versiculo p̄positę; ac dicit, eos, q̄ ita viuūt, vt supra expositū est, habituros firmissimā in cœlesti tabernaculo mātionē. Itaq; ait, Qui facit hæc, quæ supra dicta sunt, non mouebitur in æternum, id est, habitabit securus in tabernaculo Dei, ac requiescet in monte sancto eius sine vllō timore cadendi à tam felici loco.

PSALM. XV.

Titulus, & Argumentum.

Tituli inscriptio ipsi Dauidi.

Hic Psalm⁹ obscurissimus est, atq; ab ipso titulo incipit eius obscuritas. Vox Hebr̄ea, Miçtā, ignota est S. Hiero. vertit, humilis, et simplicis Dauid; fortē quia, mac, significat pauperē, ac per hoc humilē; & tā, significat simplicē, & perfectū. Alij volūt, miçtā, esse preciosū aliquid, quia, chetē, significat aurū. Mihi probabile est Septuaginta Interpretes non legisse miçtā, sed, miçtab, vltima litera paululum immutata: nā à verbo, cat ab, scribere, fit nomē, miçtab, scriptura, siue inscriptio. Sed quia vox Gr̄ca σιλογραφία, nō significat simplicē inscriptionē, sed inscriptionē incisam in colūna ad memoriā sempiternā; propterea intelligere debem⁹, inscriptionē hoc loco significare titulū memora-

מכתב
מכתב
מכתב
מכתב
מכתב
מכתב